

Universitätsbibliothek Paderborn

**Refutatio Accusatoris Anonymi Damnatas ab Innocentio
XI. Propositiones adscribentis Ordinum Religiosorum
Theologis ac præcipuè Societatis Jesu**

Estrix, Aegidius

Moguntiæ, 1679

Conclusio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42472

C O N C L U S I O.

Hæc erant, quæ lecto libello accusatio-
nis, excusâque diligenter doctrinâ Theo-
logorum, qui accusabantur, comperire potui.

Fatendum est, non esse obscurum vel ex
sola Propositionum inspectione, hoc egisse
propositionum Collectores, & concinnatores
Lovanienses, ut quorumdam religiosorum,
ac imprimis Jesuitarum doctrina iis expressa
videretur, sed quām parum ipsis successerit
conatus & Romani censores observarunt,
ut explicui in præfatione, & patere cœpit ex
iis, quæ adnotavi ad accusations, quæ hacte-
nus prodierunt, patebitque magis, ut spero,
si cui venerit libertia accusations illas instau-
randi.

Illi ergo, qui occasione nuperi Decre-
ti Innocentii XI. non cessant hoc tempore
commovere plebem adversus Religio-
sos viros, tamquam authores damnata-
rum Propositionum, si quæ habent alia ac-
cusationis capita, quæ fugerunt accusato-
rem, quem audivimus hactenus, rogantur,
ut illa promere ne tardent, mihiique aut alteri
occasione præbeant explicandi, quid, quo-
usque, & quibus autoribus illa docuerint,
quæ traducere gaudent apud imperitam ple-
bem, ut damnata ab Innocentio XI. illisque

F 2

Re-

Religiosis propria. Ubi accusatio prodierit, quæ videbitur habere majorem speciem, fortasse & operæ premium mihi, alterive videbitur quæstionem facti instituere generalem, & singulis ordine propositionibus suos autores assignare, quo ad fieri poterit; nam illis quidem, quæ in Decreto ipso appellantur *noverter adinventæ*, & neque ex libris, Thesibus seu scriptis sunt *excerptæ*, difficile erit alios assignare autores, ac eos ipsos, qui propositiones concinnarunt, obtuleruntque judicandas S. Sedi. De re tota post viderimus.

Rogandus quoque est Accusator, qui nemoratus est hactenus, ut coram Deo salubriter erubescens, detestetur lapsus suos, studatque resarciendo honori & famæ, non solum Jesuitarum, sed etiam reliquorum Ordinum Religiosorum, quos tam iniquè criminalis natus est apud populum, tanto scandalo seu damno spirituali animarum, quas illi magno Ecclesiæ fructu conati sunt hactenus diligere in viam salutis, & perfectionis Christianæ, idque invidentibus ubique hærexis, qui nobis imitandi non sunt, ne & in nos conveniat, quod jam olim S. Gregorius in illo Jobi 16. Aperuerunt super me ora sua, recte observavit; illos præcipue reprobi in sanctâ Ecclesiâ oderunt, quos multis conspicunt esse profutros.

F I N I S.